

CENTRE FOR MEDIEVAL STUDIES

UNIVERSITY OF TORONTO

Level One Medieval Latin Examination

26 August 2025

.....

Translate the following three passages, then answer **all** questions about the underlined words in each passage. The questions are the fourth section of the exam. Each section will be given equal weight in the final assessment. The use of dictionaries is **NOT** permitted. Please write on alternate lines, on one side of the paper only. **DO NOT USE PENCIL**. Glosses of vocabulary items not in the Core Vocabulary list may be found immediately following each passage.

.....

1. Decision-making in the monastery

Quotiens aliqua praecipua agenda sunt in monasterio, conuocet abbas omnem congregationem, et dicat ipse unde agitur; et audiens consilium fratrum tractet apud se, et quod utilius iudicauerit, hoc faciat. Ideo autem omnes ad consilium uocari diximus quia saepe iuniori Dominus reuelat quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione ut non praesumant procaciter defendere quod eis uisum fuerit, sed magis in abbatis pendeat arbitrio ut quod salubrius esse iudicauerit ei cuncti oboediant. Sed sicut discipulis conuenit oboedire magistro, ita et ipsum provide et iuste condecet cuncta disponere.

In omnibus igitur omnes magistram sequantur regulam, neque ab ea temere declinetur a quoquam. Nullus in monasterio proprii sequatur cordis uoluntatem, neque praesumat quisquam cum abbate suo intus proterue aut foris monasterium contendere; quod si praesumperit quisquam, regulari disciplinae subiaceat.

Gloss: *arbitrium*, -i (n.) judgment; *condecet* it is becoming; *congregatio*, -onis (f.) community; *magistra*, -ae (f.) (female) teacher; *oboedio*, -ire obey [+ dat.]; *pendeo*, -ēre depend upon; *procaciter* shamelessly; *proteruē* impudently; *provide* carefully; *regularis*, -e belonging to a rule; *subiaceo*, -ēre be subject to; *subiectio*, -onis subjection; *temere* rashly

2. King Lear arranges the marriages of his daughters (Goneril, Regan, and Cordelia).

Nec mora, consilio procerum regni, dedit puellas duas duobus ducibus, Cornubiae uidelicet et Albaniae, cum medietate tantum insulae dum ipse uiueret; post obitum autem eius totam monarchiam Britanniae concessit habendam. Contigit deinde quod Aganippus rex Francorum, audita fama pulcritudinis Cordeillae, continuo nuntios suos ad regem direxit, rogans ut ipsa sibi coniugali taeda copulanda traderetur. At pater, in praenominata ira adhuc perseuerans, respondit se illam libenter daturum, sed sine terra et pecunia; regnum namque suum cum omni auro et argento Gonorillae et Regau puellae sororibus distribuerat. Cumque id Aganippo nunciatum fuisset, amore uirginis inflammatus remisit iterum ad Leirem regem, dicens se satis auri et argenti aliarumque possessionum habere, quia tertiam partem Galliae possidebat; se uero tantummodo puellam captare, ut heredes ex illa haberet. Denique, confirmato foedere, mittitur Cordeilla ad Galliam et Aganippo maritatur.

Post multum uero temporis, ut Leir torpere coepit senio, insurrexerunt in illum praedicti duces quibus Britanniam cum filiabus diuiserat.

Gloss: *Aganippus*, -i (m.) Aganippus; *Albania*, -ae (f.) Scotland; *Britannia*, -ae (f.) Britain; *capto*, -are long for; *coniugalis taeda*, *coniugalis taedae* (f.) 'marriage'; *continuo* immediately; *copulo*, -are to unite; *Cornubia*, -ae (f.) Cornwall; *distribuo*, -ēre, -ui, -utum distribute; *Francus*, -i (m.) a Frenchman; *Gallia*, -ae (f.) France; *heres*, -edis (m.) an heir; *inflammo*, -are inflame; *insurgo*, -ēre, *insurrexi*, *insurrectum* rise up against; *marito*, -are give in marriage; *medietas*, -atis (f.) half; *monarchia*, -ae (f.) kingdom; *obitus*, -ūs death; *persevero*, -are persist in; *praenominatus/a/um* aforementioned; *proceres*, -um (m.) nobles; *senium*, -i (n.) old age; *torpeo*, -ēre be sluggish

3. A hymn on Christ's Ascension

Quibusdam quasi saltibus
superni patris filius
ad terrena venit a superis,
spoliatis nunc redit Tartaris.

A sinu venit patrio
matris susceptus utero,
in sepulcro de cruce positus
resurrexit, per quem resurgimus.

Ascendentem ad aethera
nubes excepit lucida;
ferebatur erectis manibus
benedicens suis astantibus.

Ascendentem cernentibus
ac super hoc mirantibus
astiterunt in albis angeli
tam facie quam veste nitidi.

“Quid” inquiunt, “attoniti
sic caelum intuemini?
Quem euntem in caelum cernitis
sic veniet in forma iudicis.”

Sit Christo summo gloria,
qui scandens super sidera
cum Spiritu, cum patre supera
Deus unus regit et infera.

Gloss: *asto, astare, astiti* stand near; *attonitus/a/um* astonished; *inferus/a/um* lower; *lucidus/a/um* bright; *nitidus/a/um* shining; *patrius/a/um* of the father; *saltus, -ūs* (m.) leap; *scando, -ere* ascend; *supernus/a/um* on high; *Tartara, -orum* (n.) Hell; *terrenus/a/um* of the earth; *uterus, -i* (m.) womb

4. Grammatical questions (Please number your answers to match the questions listed here).

Passage 1

- 1.a. Identify the tense and mood of *conuocet* (2 points) and account for the mood (1 point).
- 1.b. State (1 point) and account for (1 point) the case of *fratrum*.
- 1.c. What is the antecedent of *ei* (in line 6)? (1 point)
- 1.d. State (1 point) and account for (1 point) the case of *disciplinae*.

Passage 2

- 2.a. Parse fully *copulanda* (3 points) and account for its role in the sentence (1 point).
- 2.b. Account for the case of *amore* (1 point).
- 2.c. Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) (3 points) and account for the form of (1 point) *haberet*.

Passage 3

- 3.a. Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) *redit* (3 points).
- 3.b. State (1 point) and account for (1 point) the case of *ascendentem*.
- 3.c. Parse fully (give person, number, tense, mood, voice) *intuemini* (3 points).